



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM


Prot. N. 1136/05/L


MESSANENSIS-LIPARENSIS-SANCTAE LUCIAE

Instante Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Ioanne Marra, Archiepiscopo Messanensi-Liparensi-Sanctae Luciae, litteris die 12 mensis iulii anno 2005 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expromente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum peculiarium sibi a Summo Pontifice **BENEDICTO XVI** tributarum, ecclesiam in eadem civitate Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu ac sancti Antonii dicatam, intra fines praedictae dioecesis exstantem, titulo ac dignitate **BASILICAE MINORIS** omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero servandis, iuxta Decretum «de Titulo Basilicae Minoris», die 9 mensis novembris anno 1989 evulgatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 4 mensis aprilis anno 2006.


(✠ Franciscus Card. Arinze)
Praefectus


(✠ Albertus Malcolm Ranjith)
Archiepiscopus a Secretis